premii iustitiam non euertat. sed statera in gestent in manibus lances appendant equo libramine. ut in omnibus que in causis agenda fuerint presertim in concipiendis sententiis et ferendis pre oculis habeant solum deum. illius imitantes exemplum qui querelas populi tabernaculum ingressus ad dominum referebat ut secundum eius imperium iudicaret. Si quis autem iudex ecclesiasticus ordinarius uel etiam delegatus fame prodigus et proprii persecutor honoris contra conscientiam et contra iustitiam in grauamine alterius partis in iuditio quicquam fecerit per gratiam uel per sordes: ab executione offitii per annum nouerit se suspensum. et ad extimationem litis parti quam leserit nichilominus condempnandus. Sciturus quod si suspensione durante dampnabiliter ingesserit se diuinis: irregularitatis laqueo se inuoluet secundum canonicas sanctiones. a quo nisi per sedem poterit apostolicam liberari. Saluis aliis constitutionibus que iudicibus penam male iudicantibus ingerunt et infligunt. Dignum est enim ut qui tot presumpserit offendere: pena multiplici castigetur. Idem.

Sicut presente concilio ad rei memoriam sempiternam. Idem.

De apostolice ingenuitatis et cetera. Sane cum dura guerrarum commotio non nullas professionis christiane prouintias diutius afflixisset nos ad sanctum per perpetuum principem secularem huius dissensionis et tribulationis actorem ac felicis recordationis gregorii pape predecessoris nostri processibus anathematis uinculo innodatum speciales nuntios et magne auctoritatis uiros uidelicet uenerabiles fratres nostros petrum albanensem et guilelmum sabinensem episcopos ac dilectum filium guilelmum basilice duodecim apostolorum presbiterum qui salutem celabantur ipsius duximus destinandos. facientes sibi proponi per ipsos quod nos et fratres nostri quantum in nobis erat pacem per omnia secum habere nec non cum omnibus hominibus optabamus pati sibi pacem et tranquillitatem dare ac mundo etiam uniuerso. et quia prelatorum clericorum omnium et aliorum quos detinebat captiuos. dominium tam clericorum quam laicorum quos ceperat in galeis restitutio potuit esse pacis plurimum inductiua cum ut illos restitueret cum hoc idem tam ipse quam sui nuntii antequam ad apostolatus uocati essemus offitium promisissent rogari et peti ab ipso fecimus per eosdem ac proponi insuper quod uidem pro nobis parati erant audire et tractare pacem ac etiam audire satisfactionem quam princeps de omnibus pro quibus uinculo erat excommunicationis astrictus offerret preterea quod si ecclesia eum in aliquo contra debitum lesisset. quod non credebat parata erat corrigere ac in statum debitum reformare. et si diceret ipse quod in nullo contra iustitiam leserat ecclesiam. uel quod nos eum esse iustitiam lesissemus. parati eramus uocare reges prelatos et principes

c. Nota quod qui est olsam et iustitiam per gratiam uel sordes iudicat suspensus est ipso iure et cetera. et litteraris et nichilominus est infamis secundum leges. C. de pena iudicis qui male iudicat. ...
e. De hac irregularitate dic ut notatur. j. de sententia excommunicationis. cum medicinalis. et ... ab illo irregularitatem ad finem. c. cum his qui excommunicati uel suspensi ingerunt se diuinis.
f. Nota quod solus papa potest dispensare. uide si. j. de sententia excommunicationis. cum medicinalis. lis infinita. de hoc nota. j. de cle. ex. mi. c. in glo que incipit ergo. dominus et summus bernardus.

g. Tabi[?] se quibus dicitur in glo. precedenti
h. Scilicet est olsam et iustitiam per gratiam et per sordes. quia qui in pluribus offendit in pluribus punitur ut hic patet et xiii. di. duo mala ad si. et xxiii. di. si quis aliquis et ... de homine et quia excommunicatus ingessit se diuinis. dominus bernardus.
i. Innocentius iiii. no. scilicet papa in fiu... semper dicat de fratrum consilio uel quod consilium faciat dicat sacro presente concilio ... sacro approbante concilio ...

k. Nota quod omnis sententia profertur ad eternam rei memoriam ...

l. Ad aplice et. tales intercessores mitti qui diligant illum ad quem et diligant ab illo alias ... bernardus.
m. Per hanc litteram notare potes quod ecclesia et quilibet alius ante quam conueniat aduersarium suum debet illum monere ut ... ipse ad pacem et concordiam ueniat ... dominus et summus summorum doctorum omnium qui per uniuersum orbem reperiuntur fuit bernardus iuris canonici et decretalium.

... sed si iudex per imprudentiam ... criminalis punitur ... de iudicibus quia uero coll. vi. unde fuit autem ... fieri ut cum iuramento iudicet arbiter. sed penam statuant ... dex qui male iudicat. si dolo facit penam adeo expectat ... bernardus summi doctores iuris canonici.